

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homicidium c
cum fonte primo

Tot occidimus,
quot ad mortem ire cotidie tepidi et tacentes uidemus.

Gregorius super Ezechielem.

In qua uoce nos conuenimur, nos constringimur,
nos rei esse ostendimur, qui sacerdotes uocamur,
qui super ea mala quae propria habemus alienas quoque mortes addimus,
quia tot occidimus,
quot ad mortem ire cotidie tepidi et tacentes uidemus.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 1.11.9
(CCSL 142, M. Adriaen ed., pp.173-4, ll.187-191).